Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ait. cui uectigal uectigal. cui tributum tributum. cui honorē honorem deferrent
Hoc enim ꝛ ipse dn̄s fecit. qui tributum pro se ꝛ petro reddidit. non se tamen aliquid eis debere prius respondit. Pro nobis igitur ut beatus hieronimus ait. xp̄c tributum reddit. sicut ꝛ crucem sustinuit. Nos p illius honore tributum non reddimus.
Unde tamen est quod xp̄ianis principibus debemus. scilicet ut orando ꝛ predicando eis consulere non desinamus. Nam res pauperum id est possessiones ecclīarum non solū illis tribuere. sed ne quidem in nr̄os proprios usus conuertere debemus. nisi ad hoc tantum ut habentes de ecclīa uictū ꝛ uestitum ei seruire possimus. Nam idō dn̄s ut idem sc̄s iheronimus ait non de loculis quos iudas ferebat sed aliunde miraculo facto tributum soluit. quia nefas putauit res pauperum in suos suorq; usus cōuertere. ꝛ nobis idem exemplū p̄buit.

De eo. q̄a pastores n̄ tantū animar̄. s; ꝛ corpor̄. curā gerere

Sed ꝛ hoc sciendum quia non solum deo ꝛ eius ecclīe hoc preiudicium fieri non debet. ut ep̄c uel abbas quem sibi pastorē eligit sine secularium hominum inuestitura que eius sunt habere non debeat. s; ne alicui orphano uel uidue iustum esset